

62 Quod si emphyteosis esset concessa ante ingressum illi monacho pro se, & pro suis heredibus, transiret perpetuo, & irrevocabiliter in monasterium, siue sit secularis, siue ecclesiastica. Quia potuit concedere putare posse fore, vt emphyteota ille haberet heredem monasterium, quod nunquam perit. Atque ita tradunt Bart. d. a. ubi ingressus in 2. lectura n. 37. Berouius cap. in presentia n. 419. de probat. Atque idem ait Barr. si dicatur pro se, & primo herede: quia debuit concedere putare posse illum habere primum heredem Ecclesiam, quae nunquam perit: nec frustra dictum est de primo herede, quia postea operari respectu secundi, si forte illum haberet. Dum autem dicimus manere perpetuo apud monasterium, intelligitur, nisi ob aliquam causam illam perdat, vt quia canonem non soluit, vel ob aliam causam, vt bene Bartolus ibi.

63 Immo Berouius ibi n. 410. dicit, posse teneri, transire quoque in perpetuum, si sit concessa pro se, & pro filiis suis. Quod monasterium censetur in perpetuum filius. Verum id non credo, sed tunc finitur vita monachi, nec transibit in monasterium tanquam in filium: quod de filiis veris ea concessio intelligatur, nec monasterium habetur loco filij, vel si habeatur, est in solis casibus iure expressis, vt capere quenti dicimus, ex quibus non est hic. Et ita tenet in emphyteosi ecclesiastica Anton. eo cap. in presentia n. 2. dicens, se idem quoque olim sensisse in seculari, at modo id non firmare. Sed in omnibus tenet idem Decius ibi in noua edu. n. 294. Aretin. n. 81. Barbat. conf. 1. n. 3. s. i. n. 1. Nicolaus de Vbaldis de successione ab intestato. vbi de successione regularium. p. 2. n. 2. Redoan. de spoliis ecclesiasticis. q. 8. in princ. n. 61. (habetur tomo 24. tract. 1. Afflic. de sep. Neapolis. n. 13. & ibi Casar Vellill. in addit. n. 20.)

64 Tandem superest difficultas, an quando in concessione emphyteosis est intum pactum ne transferatur in Ecclesiam, aut personam potentiorum, obstat pactum hoc successioni monasterij in illam emphyteosim? Quia affirmat obstat successioni monasterij, quia si monasterium succederet, esset translatio repugnans pacto. Sic docent Bart. d. a. ubi ingressus in 2. lectura. n. 19. & ibi Bald. n. 32. Paul. n. 25. Iason n. 46. Barbat. d. c. in presentia. n. 112. Velasc. conf. 101. n. 8. item 1. Flor. de Mena ad d. ad Gam. de sep. 6. num. 2. concl. 1. Quare ait Velascus, cum hodie semper id pactum apponatur, nunquam transire.

65 At verius est adhuc transire dum ille professus viuuit, quod illa translatio in pactum deducta accipienda sit de translatione ex voluntate possessoris, & perpetua, non autem de ea, quae sit ex iuris dispositione in consequentiam translationis personae, & pro eius vita. Atque ita docent Felin. c. in presentia. n. 16. s. n. 39. de probat. & ibi Berouius n. 418. idem Berouius in suis quest. q. 70. n. 5. Syluester verb. emphyteosis. quest. 20. num. 27. Villalob. in suis commentib. opinionibus. lictura M. verb. monach. n. num. 181. Caldas de nominat. emphy. quest. 6. num. 13. sine. Auendaño iunior l. 40. Tauri. gloss. 4. num. 15. Manuel quest. regular. tom. 2. q. 78. art. 9. & constabit magis ex infra dicendis.

S V M M A R I V M.

Vtrum res data monacho in seculo ea lege, ne illi integrum sit eam alienare, tra:scat in monasterium eo proficiente? referatur quaedam sententia. n. 66. Sententia auctorit. n. 67. Referatur quaedam sententia. n. 68. Vtrum bona sit alienari prohibita maneat perpetuo in monasterio? referatur quaedam sententia. n. 69. Explicatur sententia auctorit. n. 70.

ESTO vltima. Vtrum res data monacho in seculo ea lege, ne illi integrum sit eam alienare, tra:scat in monasterium eo proficiente? Quodam sic dicitur

si prohibita sit alienatio, vt res illa in familia maneat, succedet monasterium: si vero vt ad extraneum perueniat, non succedet. Ita docent Angel. verb. hereditas. n. 21. & ibi Armil. n. 10. Tabiena q. 15. n. 16. Intellego autem hos Doctores cum dicunt in hoc posteriori casu non transire, vt intelligant irrevocabiliter, & in perpetuum. Nam cum eo pacto non obstant monachus ille existens in seculo, esset possessus ea bona toto tempore vite suae, & postea ad extraneum essent peruentura, non est, cur non pertinere debeant ad monasterium, dum monachus ille vixerit; quippe in hoc non contrauenitur illi prohibitioni, nec iuri extranei successu prauidetur.

Sed verius est absolute id pactum non alienandi minime obstat successioni monasterij in ea bona, quia ea prohibito intelligitur de alienatione voluntaria, & ex facto hominis proueniente: fecus autem de alienatione necessaria inducta a lege in translationis personae consequentiam, qualis est haec, vt constat ex dictis n. 67. Atque ita docent Dyn. quem refert, & sequitur Bartol. a. ubi ingressus in 2. lectura. n. 50. C. de sacrosancti. Ecclesi. Innoc. c. in presentia. n. 5. de probat. & ibi Hostien. l. n. 8. Ioan. Andr. n. 16. Anton. n. 24. Abbas n. 73. Anchar. num. 22. Berouius num. 454. Mantua num. 89. Molina lib. 1. de primog. cap. 13. numero 77. Tapia d. a. ubi ingressus. verb. sua. cap. 12. numero 38.

Limitat hoc Syluester verb. heredit. at. l. q. 7. n. 10. dicto 68. 4. vt haec bona transiant ad monasterium, quando eo transire minime frustraretur finis prohibentis alienationem: fecus si frustraretur. Sed hanc quoque limitationem intelligo iuxta ea, quae dicam n. 70.

Sed difficultas est, vtrum bona sic alienari prohibita transiant perpetuo, & irrevocabiliter in monasterium? Berouius d. c. in presentia. n. 454. ait, semper permanere in monasterio perpetuo, & irrevocabiliter. Quippe si testator interdixit alienationem, volens ea bona permanere in familia, & transire ad liberos, & descendentes, debetur monasterio in perpetuum, iuxta dispositionem eius c. in presentia. ne ingrediens retrahatur a vita contemplativa timore amissionis honorum. Si vero prohibito nulli fideicommissum tacitum, vel expressum continet, sed nudum inreducibilem alienationem mandatum, tunc multo fortius ea bona debent irrevocabiliter acquiri monasterio. Nec, inquit, obstat a. ubi res qua. C. commun. de legat. vbi subiecta fideicommissio alienari nequeunt preter casus ibi expressos, inter quos ingressus religionis non numeratur, nec causa pia. Quia illa authentica loquitur, quando grauatus vellet principaliter alienare bona absque persona, fecus si bona transiant cum persona. Et concludit idem dicendum, quamuis esset duplex alienandi prohibitio; altera legis, & altera testatoris.

Sed quando est fideicommissum tacitum, vel expressum, nullatenus credo remanura ea bona perpetuo in monasterio, sed ad solam monachi vitam, vt diximus numero 15. Et concordat licetio Syluester referta numero 67. nam credo ipsum loqui de translatione perpetua, & irrevocabili. Quippe in hoc euenit manifeste esse contra intentionem prohibentis, si bona perpetuo ad monasterium venient. Nec cap. in presentia, decidit contrarium, vt vidimus cap. sequentem. Si vero nullum tacitum, aut expressum fideicommissum continet, distinguendum est, vt distinxit ibidem Syluester, si frustretur finis intentus a prohibente manentibus bonis perpetuo in monasterio, non manebunt; fecus si non frustretur. Quia totum hoc pendet ex intentione prohibentis alienationem.

CAPVT XVI.

An si grauatus, vt bona aliqua quidam tertio restituat, si absque liberis decedat, ingrediatur religionem nullis filiis relicti, succedat monasterium in ea bona?

S V M M A R I V M.

An textus disponens monasterium in hac bona succedere, locum habeant in foro conscientiae? n. 1. Improbatur sententia dicens in neutro foro procedere. numero 2.

An ratio huius constitutionis sit, quod monasterium habeatur loco filij, & verè sic habeatur? Referatur quaedam sententia. num. 3.

Explicatur sententia auctorit. n. 4.

An tantum habeatur loco filij in casibus iure expressis? n. 5.

An in acquisitione comparatur monachus filio, an fratri? & quid quando alterutra equiparatio est monasterio utilior, aut utraque damnosa? n. 6.

An sit ratio eius constitutionis, quod conditio sine liberis censetur fauore monasterij reiecta? n. 7.

Traditur vera ratio eius constitutionis. n. 8.

Quoties substitutus excluditur per monasterium, excluditur in perpetuum? n. 9.

Quando substitutus non excluditur per monasterium, retinebit bona professi dum vixerit. n. 10. & ibi remissus, an hoc translatio legitime ad monasterium succedendi incapax, perdat monasterium ea bona, & statim admittatur substitutus? n. 11.

An substitutus ille admittatur contra expressam testatoris voluntatem, & ideo reiciatur conditio, si quis non ingressus sit religionem? referatur quaedam sententia. numero 12.

Explicatur sententia auctorit. n. 12. An excludatur substitutus, quando grauatus proficitur in religione incapax succedendi? & an idem sit in professione cuiusvis ordinis Mendicantium? numero 13.

An a die professionis succedat substitutus? referatur quaedam sententia. n. 14. & 15.

Sententia auctorit. n. 16.

Quid si professus ille ea bona distribuerat in usus pios, aut alij donasset, ante professionem, aut renunciarat, testatoris in fauorem sui religionis, an, tunc substitutus priuetur iis bonis, saltem dum vixit monachus ille? num. 17.

An excludatur substitutus, quando ex consuetudine monasteria non succedunt, vt apud Gallos, & censendum sit de his monasteriis, ac de monasteriis fratrum Minorum? numero 18.

Quid si ex verbis statuto non succedant, aut si alicubi statutum sit, verba testatorum intelligenda prout sonant? numero 19.

Quid si ille grauatus sit religiosus Societatis IESV? numero 20.

Quid si renunciari in fauorem Societatis? Proponuntur rationes dubitandi. n. 21.

Explicatur sententia auctorit. n. 22. Quia si est consuetudo, vt mater superstes omnibus filiis lucratu proprietatem amittenti, an illam lucretur, si filius professus iam in religione successionis incapax, premoriatur matrem? n. 23.

An si monasterium incapax non succedat in bona professi, quia repudiat, excludatur adhuc substitutus? numero 24.

A quoniam tempore substitutus tunc admittatur? n. 25.

Quid si ingreditur non professus est, aut professus exiit, aut transiit ad aliam religionem, aut professio non tenuit? numero 26.

Quid si ingreditur solium gratia penitentiae agenda? numero 27.

Quid si efficiatur oblatus Ecclesiae secularis, se suaque illi tradens: vel si se obulerit Episcopo seruaturus regulam monasticam? n. 28.

Quid si non ingrediens monasterium, illud heredem instituat? n. 29. Et ibi, an hac dispositio sit exheredatua a iure, & restringenda?

Quid si ingreditur capellam seculari? n. 30.

Quid si clericus secularis suat? referatur quaedam sententia. numero 31.

Explicatur sententia auctorit. n. 32.

Quid si substituta sit alia causa pia? referatur quaedam sententia. n. 33.

Explicatur sententia auctorit. & dispositio, per quam reditur ad usus communes, potest extendi ad similes casus habentes sufficientem rationem, sicut non sit tanta, quantum est in expressis. n. 34.

Quid si causa pia substituta non sit aequè pia, ac monasterium? num. 35.

Quid si causa pia non sit immediatè, sed mediatè substituta? num. 36.

Quid si partim causa pia, & partim profana substituitur? numero 37.

Quid si substitutus fuerit ex filiis restatoris? referatur quaedam sententia. n. 38.

Explicatur sententia auctorit. n. 39.

Quid si sit ex alio restatoris descendens? n. 40.

Quid si in hoc regno pater melioret descendentes in tertio, etique substituat alium descendentes? n. 41.

Quid si descendens substituit substitutum opus pium? numero 42.

An in hoc casu monasterium habeat illa bona, dum professus ille viuuit, exheredit filios? n. 43.

Quid si restator substituit adiaciam causam, quia vult bona in sua familia perseverare? n. 44.

An tunc excludatur monasterium omnino ita vt nec dum viuue monachus retineat illa bona? n. 45.

Quid si grauatus ille restator ante religionis professionem, & alium heredem instituat? referatur quaedam sententia. numero 46.

Sententia auctorit. n. 47.

Quid si partim instituat alium heredem? n. 48.

An heres ille institutus habiturus sit in hoc casu ea bona quando grauatus proficitur, & a solo tempore vita sua, nec postea hic grauatus disponere in perpetuum in substituti prauitiam? n. 49.

Quid si ante ingressum ipse, aut monasterium renunciarat in fauorem tertij? n. 50.

Quid si conditio aliquam adiectionem habeat, ex qua appareat restatorem de veris filiis intellexisse, vt si dicat, si absque liberis a se descendens, vel de suo corpore natus, &c. vel sine liberis legitimis, an masculinis? referatur quaedam sententia. n. 51.

Sententia auctorit. n. 52.

Quid si restator petri suum testamentum impleri de verbo ad verbum, vel ad litteram? n. 53.

Quid si grauatus ingreditur religionem animo fraudandi substitutum? referatur quaedam sententia. n. 54.

Explicatur sententia auctorit. n. 55.

An in dubio haec fraus praesumatur, illaque censetur, quando grauatus proficitur causa elemosinae illorum bonorum faciendae monasterio? n. 56.

An ubi constat de fraude, agat substitutus sua actione reuocatoria, an potius ipso iure succedat? n. 57.

An sit huius fraudis coniectura, si in articulo mortis, aut in atate decrepita, aut quando de prole habenda desperatur, proficitur, & valeat professio in eo articulo facta? referatur quaedam sententia. n. 58.

Explicatur sententia auctorit. n. 59.

An sit coniectura, si grauatus comminatus sit se substitutum religionis ad illum excludendum? n. 60.

Referatur quaedam sententia. n. 61.

Referatur quaedam sententia. n. 62.

Referatur quaedam sententia. n. 63.

An sit coniectura, si grauatius ille omnia bona alienaret ante professionem? n. 61.
 An excludatur substitutum, quando grauatius blanditiis, & suasionibus religionem proficitur? n. 62.
 An sit discrimen quoad substitutum exclusionem, siue conditio sit, si liberis habuerit, siue sit si absque liberis decesserit? numero 63.
 An excludatur substitutum, si grauatius religionem ingrediens sit bigamus? n. 64.
 Quid si conditio refratur in propriam personam, ut si testator dicat, si decessero sine liberis, substituo Titium, & postea testator ingrediatur religionem? referuntur quadam sententia n. 65.
 Sententia auctoritatis. n. 66.
 Quid si non in testamento, sed in donatione apponatur praedicta conditio in ipsius donantis personam? n. 67.
 Quid si apponatur in persona alterius, non tantum in testamento, sed in donatione, et in aliis contractibus, & in studio, & in emphyteosi, ut si quis decedat sine liberis, redeat ad substitutum? n. 68. Vbi explicatur qualiter lex explicet, & suppleat, verba testatoris, non autem contrauentum.
 Quid si ea conditio apponatur, ut in sententiis? n. 69.
 An excludatur substitutum, & monasterium, quando grauatius professus reliquit liberis? n. 70.
 An excludatur substitutum, quando post testamentum, viuo ad testatorem, ingressus est grauatius religionem? numero 71.
 Quid si in casu ingressus reliquit grauatius aliquid legatum grauatius, vel si esset filius, solum legitimum? n. 72.
 Quid si testator instituat, filium in sacris constitutum, vel professum, & si sine liberis decedenti substituat tertium? numero 73.
 Quid si testator dicat, succedat Titius, & nullus alius? n. 74.
 Quid si grauatius aliqua sibi bona tempore ingressus reseruauit? n. 75.
 Quid si professus ex Pontificis licentia testetur, ac alium heredem instituat? n. 76.
 Quid si testator diceret, si decedat absque filiis, & illius matrimonij? n. 77.
 Quid si professus ille postea legitime egrediatur, & obeat extra monasterium? n. 78.
 An professio filij extinguatur substitutio papularis, & vulgaria? n. 79.
 Quid si non descendens institutus absque aliqua condicione, & illi alij eius descendentes substituantur, an illo professio excludatur substitutum? n. 80.
 Quid si descendens institutus grauetur restituere hereditatem tertio, nec explicetur conditio sine liberis, que tunc tacite intelligitur, an eo proficiente excludatur substitutum, perinde ac si ea conditio explicita esset? referuntur quadam opinio. n. 81.
 Explicatur sententia auctoritatis. n. 82.
 An si descendens aliquid absque condicione relinquatur ab ascendente, & substituantur monasterium, aut alia causa pia, excludatur hac, si descendens ille filio relicto obeat? referuntur quadam sententia n. 83.
 Explicatur sententia auctoritatis cum duplici limitatione. n. 84.
 An substitutio facta alicui, si absque liberis decesserit, emanet, quasi habitio filij, si relinquat filium professum siue in ordine capaci, siue incapaci? n. 87.

TOTA difficultas huius questionis versatur in explicandis textibus §. sed & hoc presens. authent. de sanctissimis Episcopis. vnde desumitur authent. nisi rogati. C. ad Trebellian. & cap. in presentia. de probat. vbi expressè deciditur, grauatius hoc profutentem in religione, non esse profusum ad fideicommissum, & bona illa pertinent perpetuum ad monasterium excludentibus. Quod decretum adeo exorbitans, & iustitiam

dam visum est, vt existimant in nequaquam procedere in foro conscientia, sed in solo foro externo, atque adeo monasterium in illa bona succedens teneri in foro conscientia post mortem illius monachi ea tradere substituto. Ducuntur, quia aduersari videatur expressè testatoris voluntati. Et quoniam textus illi praefatum fore, vt testator disponeret, religionis memor, ea bona ad monasterium perpetuo deuenire, at praesumptioni non est locus in foro conscientia. Sic docent Alciatus conf. 53. a num. 6. usque ad fin. libro 9. & tract. de quinque pedum. prescriptio. numero 49. Rebell. tract. de iustit. parte 2. libro 18. quaestione 16. n. 3. conclusione 2. Ceterum hac sententia omnino reiecta, dicendum est eam dispositionem in vtroque foro seruandam, quia ea dispositio est recepta in foro canonico d. cap. in presentia. At iniquum est cogitare aliquid eo iure statui in conscientia prauidendum. Praeterea, quia canon praesumptioni innitens seruandus est in vtroque foro, dum de contraria veritate non constat; vt late probauimus lib. 1. huius tract. cap. 10. num. 13. Cum ergo non constet de vera testatoris intentione contraria dispositioni horum textuum, seruanda est eorum dispositio, praesumentium ita dispositurum testatorem, si professionis illius grauatius meminisset; & ita docent Mantica de coniectur. ult. volum. lib. 1. tit. 7. n. 2. Peregrin. de fideicommiss. art. 28. n. 91. Mattheus. de legat. & fideicommiss. lib. 3. c. 2. 3. n. 3. Gutierrez. quaest. canonicas. lib. 1. c. 32. n. 4. & triplici sequenti. Menochius de praesumpt. lib. 1. quaest. 80. n. 5. & lib. 4. praesumpt. 85. a n. 59. usque ad 62. Benedictus Egidius l. Titius si non nupserit. l. 100. parte 1. n. 54. ff. de condit. & demonstrat.

Multo minus est etiam audiendum Sarmient. lib. 8. sect. 2. super §. 36. cui in tempore. a n. 3. vbi clare tenet in neutro foro excludi substitutum per religionis ingressum; quod nec monasterium loco filij habetur, & ipsum succedere exclusio substituto, videatur contra expressam testatoris voluntatem: nec adeo fauendum sit pia causa, vt iniuria substituto ad testatorem inferatur. Nec obstat textus n. praeced. allegati: quippe ea authentica cum sit ius ciuile, & disponat de monasterio, vbi caret obligandi. Nec obstat approbatio iure canonico, cap. in presentia. de probat. quia id fieri debet antequam casus contingeret. Ceterum haec sententia est quoque reicienda, quia ea authentica, & communi Pontificum consensu, & eo c. in presentia, est approbata, & omnes Doctores ita sentiunt, vt constabit ex dicendis toto hoc cap. Nec ea seruata inferunt iniuria substituto, nec contraueniunt voluntati testatoris, sed est iuxta eius mentem iure optimo praesumptam, vt constabit ex dicendis infra.

Quamuis autem concordent aliqui auctores dicentes horum textuum decisionem esse omnino seruandam; at in tradenda eius ratione valde discordant. Quidam censent rationem esse, quod monasterium habetur loco filij. Ducuntur ex d. c. in presentia. ibi; Intellegendum non erat sine herede decedere, quod monasterium sibi heredem instituit, vbi nomen heredis capitur pro liberis, quippe in substitutione fuit haec conditio, si institutus decederet absque liberis. Et traditur ibi ratio, cur per ingressum religionis euaneat haec conditio: quod sic ingressus non dicatur absque herede decedere, eo quod monasterium sit eius heres; ergo vt ratio aliquid probet, sumitur nomen heredis pro filio. Et confirmatur, quia in aliquibus libris loco illius verbi text. sine herede, dicitur, sine liberis, vt testatur Sarmient. lib. 8. sect. 2. super §. 36. cui in tempore. n. 2. Nec obstat iudicium id non dici a Pontifice, sed esse partis allegationem, & proinde ius inde non constitui. Quia, cum iuxta hanc monasterij allegationem fuerit a Pontifice lata sententia, eique allegationi innitens, vt constat ex illis verbis in fine textus, ibi; attendens Cardinalis quod Synodus videtur intentionem suam plenè fundasse: videtur ea tanquam vera, & ius constituens approbari. Et ideo hanc partem sustinent Glossi. authent. nisi rogati. in casus peritione, in fine. C. ad Trebellian. & §.

& §. sed & hoc presens. verb. intrauerit. & verb. sed & hoc. authent. de sanctissimis Episcopis. & §. si qua mulier. verb. competere. & verb. liberis. Cade. sacrosancti. Eccles. Innocent. d. c. in presentia. n. 8. & ibi Hostiensis n. vlt. Ioan. Andr. n. 27. Cardinalis n. unico. colum. 2. Bald. n. 5. Imolan. 11. & 20. Barbatia d. a num. 65. & n. 127. Mantua num. 50. Idem Baldus d. authent. nisi rogati. num. 7. & ibi Salyerius num. 1. & 6. idem Salyerius d. authent. si qua mulier. num. 1. quaestione 1. & ibi Falcon num. 18. Bellapertica quaest. 2. & authent. ingressi. quaestione 9. C. de sacrosanctis Ecclesiis. Socinus in iunior l. gallus. §. quid si tantum. num. 23. sine. ff. de liberis, & posthumis. & ibi Alciarius num. 7. Fortun. Garzia num. 75. Francus rubricae testamenti in 6. num. 66. Guillelmus Benedictus cap. Raynuus. verb. mortuo itaque testatore. el. 1. num. 297. & verb. si absque liberis. el. 2. vbi de pupillari substitutione. numero 113. de testamenti. Menchaca de successuum creatione libro 3. §. 2. 1. numero 166. Villalobos in suis communibus. verb. monachus. num. 188. Molin. lib. 2. de primogen. c. 9. num. 41. Leonard. lib. 2. de iustitia. cap. 41. dub. 10. num. 84.

Sed multo verius est monasterium non haberi loco filij, & ideo hanc non esse legitimam illius decisionis rationem. Ducor, quod rextus d. cap. in presentia, non dicat monasterium haberi loco filij, sed loco heredis: atque ita fuit partis allegatio; nec decisio textus illi rationi innixa est. Quod clarius constat ex §. sed & hoc presens. authent. de sanctissimis Episcopis. vbi dicitur hanc conditionem, si absque liberis decesserit, haberi tanquam non scriptam. At si monasterium haberetur loco filij, non diceretur habita tanquam non scripta, sed defecisset vtique conditio. Insuper ibi excipitur causa pia substituta; tunc enim non excluderetur, sed monasterium non succederet. At si haberetur loco filij, excluderetur quoque causam piam; sicut verus filius ab eo instituto habitus illam excluderet. Tandem, quia dato opposito sequeretur multa absurda, quae congerit Felinus d. cap. in presentia. numero 42. Et ideo hanc partem sustinent Bartolus authent. ingressi. in 2. lectura. numero 53. C. de sacrosanctis Ecclesiis. & authent. si qua mulier. numero 3. C. eodem tit. & authent. nisi rogati. numero unico. quaestione 1. C. ad Trebell. Baldus l. finali. in principio. numero 9. C. de Episcopis, & clericis. & ibi Fulgiosus numero 7. Albericus d. authent. si qua mulier. numero 2. & ibi Paulus numero 3. Iacobus de arena numero 1. fin. Antonius d. c. in presentia. numero 29. & 34. & ibi Abbas numero 36. Decius in noua editione. numero 191. Ferrerius numero 89. Beronius numero 76. 477. 486. Felinus num. 42. Aretinus l. 1. num. 5. ff. de testamenti. Ripa l. ex factis. §. si quis rogatus. el. 1. num. 39. ff. ad Trebell. Tiraquellus multos allegans l. si rogatus. verb. susceperit liberis in noua editione. num. 47. C. de reuocand. donat. D. Antoninus 3. parte. tit. 10. c. 3. §. 10. decisio Pedemont Octauiani 126. num. 20. Berengarius. Fernand. l. vltima. numero 7. C. de posthum. Cald. de nominat. emphyteos. 6. num. 10. & de reuocant. emphyteos. quest. 19. num. 9. Mantica. de coniect. ult. volum. lib. 1. tit. 7. num. 6. Menochius de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 83. num. 29. & 70. Costa cap. si pater. 1. parte. verb. si absque liberis. num. 70. de testamenti. in 6. Peregrin. de fideicommiss. art. 28. num. 69. Plaza de delictis. cap. 42. num. 16. & 17. Alc. conf. 24. num. vltimo. tomo 1. Auendaño in iunior l. au. gloss. 4. num. 18. Matienzo lib. 5. recopilat. tit. 11. gloss. 2. num. 21. & Acebedo eadem l. 7. num. 28. Spino scilicet. testamenti. gloss. 11. principali. num. 28. Mendez repet. l. cum oportet. 3. parte. num. 157. C. de bonis qua. liber. Tapia d. authent. ingressi. verb. sua. cap. 13. num. 4. Castillo de usufruct. lib. 1. cap. 65. num. 4. Gutierrez. qq. canon. lib. 1. cap. 31. num. 54. Cauallos in suis qq. commun. tit. 1. quaestione 192. fin. Camill. Borell. conf. 17. num. 51. & 32. & conf. 33. mem. 102. vol. 1. Faber in definitionibus. h. i. Senatus Sabaud. tom. 1. lib. 1. tit. 2. de sacrosanctis Ecclesiis. definit. 42.

Quamuis autem admitteremur in hoc casu tanquam expresso in iure, monasterium haberi loco filij, id non est Summa Tho. Sanchez. pars 1. l. 1.

extendendum ad alios casus in iure non expressos; quippe est filius fictus, & praesumptus: & cum hoc sit à iure communi exorbitans, non est ad alios casus pertrahendum, sed intra proprios terminos restringendum; & ita tradunt passim ferè omnes DD. numero praecedenti allegati, & specialiter Baldus d. authent. si qua mulier. num. 3. & ibi Falcon num. 19. & 20. Ripa l. si vngamus. quaest. 34. num. 19. C. de reuocand. donat. Felinus d. cap. in presentia. numero 42. & ibi Parisius numero 133. & conf. 65. numero 10. & 11. libro 2. Tiraquellus de reuocant. lignag. §. 1. gloss. 8. numero 20. Molina lib. 2. de primogen. cap. 9. numero 45. Pelaez de maiorat. in 1. editione. 2. parte. quaestione 3. numero 13. Gutierrez. qq. canon. lib. 1. cap. 32. num. 56. & alij, quos hi allegant.

Sed quoad successorem in professi bona, & modum, quo professus religionem acquirit, comparatur quandoque filio, & quandoque seruo, prout monasterio fuerit vtilius: quod si vtilius fuerit, vt neutri comparatur, neutri comparabitur, vt probauimus supra.

Reiecta ergo hac ratione, alij tradunt aliam rationem eius decisionis, nempe, quod ea conditio, si absque liberis decesserit, censatur fauore religionis reiecta tanquam turpis, & auertens à religioso statu. Hanc tradunt omnes auctores, quos referemus num. 9. cum eorum fundamentum; sed hoc non esse verum probauimus num. 12.

Ideo legitima eius decisionis ratio est, praesumpta testatoris eam conditionem apponens voluntas; praesumptum enim fauore religionis legislator, testatorem aequè cum filiis grauatius dilexisset monasterium, ac proinde aequè fauore filiorum excludit substitutum, quasi defecta ea condicione, si absque liberis decesserit; ita praesumptum fore, vt si professionis substituti memor tunc esset, excluderet quoque substitutum gratato proficiente in religione. Quare ex hac iuris praesumptione ea conditio, si absque liberis decesserit, substituto Titium, habetur pro non scripta, quatenus est in monasterij prauidicium. Quae quidem sententia non aliter probatur, quam ex impugnatione rationum, quas alij tradunt, & quia multae iuris decisiones innuntur praesumptae dispositionum voluntati. Et ideo hanc partem sustinent Paulus authent. nisi rogati. mem. 3. C. ad Trebell. & l. final. in principio. num. 5. C. de Episcopis & clericis. & authent. si qua mulier. num. 3. C. de sacrosanctis Ecclesiis, Fortun. de vlt. sine. illat. 16. num. 269. Roman. l. fin. num. 35. Cade. patris. Alexandet conf. 121. num. 18. vers. praeterea. lib. 2. & conf. 35. num. 9. vers. potest responderi. vol. 3. Decius conf. 419. num. 3. volum. 4. Galganc. de condit. & demonstrat. parte 1. cap. 18. num. 51. Alciat. conf. 53. num. 17. lib. 9. Cornel. d. authent. nisi rogati. num. 2. & conf. 253. num. 8. lib. 4. Beronius in sua qq. quaestione 34. num. 4. Couar. l. variat. cap. 19. num. 11. Peregrin. de fideicommiss. art. 28. num. 75. Binus conf. 17. num. 3. 6. & 12. lib. 1. C. ad de success. §. fideicommissum. quaest. 4. num. 1. Cald. de nominat. emphyteos. quaest. 6. mem. 10. decisio Pedemont Octauiani 126. numero 21. Faber citatus hic numero 4. Mantica de coniectur. vltim. volum. libro 11. tit. 7. numero 7. & tit. 8. numero 31. Flor. de Mena ad Gamam. decis. 319. circa 13. confil. Gutierrez quaestiones. canon. libro 1. cap. 32. numero 6. Spino specul. testamenti. gloss. 12. principali. numero 29. Mattheus libro 3. de legat. & fideicommiss. cap. 23. numero 2. & 3. Molina como 1. de iustitia. dispositione 190. colum. 13. vers. quando quis. Nec dicendum est, vt optimè id considerauit allegato Socino, Peregrinus de fideicommiss. art. 28. numero 64. professionem facere, vt deficiat illa conditio, quasi positus liberis decesserit: tum quia monasterium non habetur loco filij, vt diximus numero 4. tum etiam quia, vt dicemus numero 22. si monasterium reputatur hereditatem, non excluderetur substitutus. At si monasterium excluderet substitutum, quasi deficiente condicione, vt auerterentur liberi superstitites, quantumuis iudicaret monasterium, maneret ille exclusus, & non maneret

extrantibus liberis, & illi repudiatur; sed excluditur substitutus a monasterio iure specialia, ac si conditio illa non esset scripta.

Hinc deducitur primo, quoties substitutus excluditur per monasterium, ipsum in perpetuum excludi. Quod quidem indubitatum est apud omnes auctores allegatos, & allegandus est §. sed & hoc presens. *authem. de sanctij. Episcop. ubi nil spectat, ac si non esset*; quippe omnes rationes, quas tradunt DD. eius decisionis loco filij, sicut habitus alius, deficeret conditio, & filij haberent in perpetuum ea bona; ita professione in monasterio bonorum capaci, idem coningeret. Quod si dicamus eam conditionem favore monasterij excludi, haberique tanquam non adiectam, sicut non apposita ea conditio monasterium succederet in perpetuum in ea professi bona: sic ea apposita idem dicendum est. Tandem si sequamur rationem a nobis num. precedenti traditam, sicut favore filiorum, si qui existerent, excluderetur in perpetuum substitutus, ita favore monasterij.

Quando autem monasterium capax non succedit, sed a substituto excluditur, quod contingit in plurimis euentibus, quos numeris sequentibus explicabimus, non admittitur substitutus, nisi post naturalem illius grauari professi mortem, aut quod vsque aliud tempus a testatore praefixum accedat: quippe ea mortis naturalis, aut eius temporis a testatore praefixi expectatio multum operatur: si enim obeat prius substitutus, quam grauatus, aut quod aliud tempus praeterierit, pertinebunt plene iure ea bona ad monasterium expirante tunc substitutione, sicut etiam in simili diximus, vbi de testamento, an statim post professionem succedat monasterium, & interim retinebit monasterium illa bona. Quod cum monasterium succedat in totum illius professi ius, quod in seculo habebat, sicut ille in seculo ea bona toto vitae tempore, aut donec accederet terminus a testatore praefixus, retenturus erat, cum onere post mortem naturalem restituendi: ita monasterium ex illius professi persona retinebit ea, dum ille vixerit, & post naturalem illius mortem, aut tempore restitutionis accedente, quod testator praefixit, substituto restituet. Atque ita docent ij omnes DD. supra allegati, Baldus *conf. 907. numero 13. volum. 1.* Ancharan *cap. in praesentia. numero 25. de probat. Corne. conf. 18. numero 25. & conf. 153. numero 8. & 9. volum. 4.* Ruinus *conf. 85. numero 4. volum. 2.* Bartholomaeus Socinus *l. cum aui. numero 10. sine ff. de condit. & demonstrat. & Parisius l. galli. §. & quod si tantum. numero 52. ff. de liber. & posthum. & ibi Galiaul. numero 13. Boerius decisione 354. numero 4. Beronius *conf. 114. fin. volum. 2.* Costa *cap. si pater. 3. parte. verb. si absque liberis. numero 63. de testam. in G. Couar. 1. variat. cap. 19. numero 7. Ludouicus de Cafanete *conf. 26. numero 4. volum. 1.* Petegrin. *de fideicommissi. art. 28. numero 81. & conf. 47. numero 1. & 4. Surdus *conf. 90. numero 23. libro 1. & alios referens *conf. 238. numero 5. & 6. volum. 2.* Texta *authem. ingressi. verb. sua. cap. 13. numero 49. C. de sacrosanctis Ecclesijs. Hondedeus *conf. 190. colum. ante penult. vers. in quocumque autem. Vtrum autem fit verum, quando causa pia est substituta, habes numero 32. & quid quando filius est substitutus, dicitur numero 41. & quid si hic postea legitime transierit ad religionem incapacem, an statim substitutus succedat, habes supra, vbi de translatione bonorum. In casibus autem numerandis, in quibus speciale est, vt nec tempore vite monachi succedat monasterium, in eisdem notabimus, & in quibus nil speciale notauerimus, manebit praedicta regula generalis fixa.******

Quo deducitur, quid in ea quaestione censendum sit, si constet voluntatem testatoris adiacentis eam committere, si absque liberis decesserit, esse, vt

substitutus non excludatur per monasterium, quia nimirum id expressit, vel ex certissimis coniecturis ea eius voluntas deducitur, ad huc fit excludendus in perpetuum substitutus, monasteriumque sit successurum perpetuo in ea bona contra testatoris voluntatem: Duplex est sententia. Prior adest adhuc excludendum perpetuo substitutum. Ducitur ex §. sed & hoc presens *authem. de sanctissimis Episcopis*, ibi: *tales conditiones inuadidas, & pro non scriptis esse. vbi ponderandum est illud verbum inuadidas, quod arguit defectum potestatis circa hoc, & non mentem testatoris, sicut in simili materia dicit textus l. cum accutissimi. C. de fideicommissi. Item ponderanda sunt verba, pro non scriptis esse. Talia enim sunt, quae quamuis scripta sint, vix lex perinde haberi, quasi scripta non essent, vt declarat text. *condiciones. ff. de condit. instit. unctio. l. que sub condicione in princip. ff. eadem. tit. Si ergo ea conditio reiciatur tanquam turpis, & vite monasterij obstat, non attenditur voluntas testatoris apponentis eam conditionem, sed defectu potestatis oppositum volendi, excluditur a monasterio in perpetuum substitutus, vel, noli testator. Et confirmatur, quia si conditio abstinendi a matrimonio carnali reiciatur tanquam turpis, atque ita si quis legerit alicui ea conditio, si non nupserit, obtinebit legatum, etiam si nuba, non obstantia contraria expressa testatoris voluntate. l. sed si hoc. §. final. ff. de condit. & demonstrat. reiciatur a fortiori conditio auertens a matrimonio spirituali; & sic contra testatoris voluntatem succedat monasterium: nec enim minus fauoris tribuendum est matrimonio spirituali professionis, quam carnali. Secundo, quia a statuto ad testamentum valet argumentum, vt probat Euerard. *in suis locis topic. loco ab vltima voluntate ad legem. numero vnic. Sed statutum, ne ingrediens religionem succedat, est irritum, vt probauimus supra, ergo idem de testatoris dispositione sentiendum est. Tertio, quia si legentur mille nubenti, & quingenta ingrediendi religionem, debebuntur huic mille, ea conditio reiecta tanquam religionis ingressum impediens, vt docent multi, quos reuelimus lib. 1. de matrimonio. *disputatione 34. numero 12.* Tandem, quia fauor animae, & pie causa acquipatur fauori publico. l. final. C. de sacrosanctis Ecclesijs. At testator, quantumvis velit, nequit inducis in fauorem publicum derogare. *cap. diligenti. de fir. competen. & l. nemo potest ff. de leg. 1.* Ergo nec potest fauori huic monasterij derogare. Et ideo hanc amplectuntur Archidia. *cap. si qua mulier. 19. quaestio. 3. in 3. l. onnes Andreas cap. in praesentia. numero 35. de probat. & ibi Antonius. numero 61. Bald. numero 18. Holtien. numero 2. Abbas. numero 42. Ancharanus. numero 26. Henricus. numero 25. & 26. Bellamera. numero 33. & 42. Beronius. numero 487. & duplici seq. & 495. 496. Felinus. numero 36. & 37. Parisius. numero 126. vsque ad 144. Perret. numero 89. & a numero 109. vsque ad 109. Mant. n. 52. & n. 61. Bart. *auth. ingressi. in ad. l. de iur. 93. C. de sacrosanctis Ecclesijs. quos §. finali. 93. ff. de legat. 2. & authem. nisi rogati. numero 61. & 2. C. ad Trebell. Alberic. l. fin. numero 8. C. de Episcop. & cleric. Petrus de Bellapert. *auth. ingressi. colum. 9. qu. si. penult. Ioh. auth. si qua mulier. numero 2. C. de sacrosanctis Ecclesijs. idem Decius. conf. 67. 4. numero 2. vsque ad 5. lib. 9. Bartholomaeus Socinus. conf. 92. numero 3. lib. 1. Bertranda. C. de 10. numero 7. vol. 6. Corneli. conf. 18. numero 10. vol. 4. Paris. conf. 6. numero 14. & 2. D. Anton. 3. p. tit. 10. e. 3. §. 10. ratione 2. 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. Rosella in sum. verb. legare. numero 1. Metina C. de res. tit. quest. 23. vers. utique quatuor conditiones. Ledesma 2. p. 4. quest. 18. art. 1. dub. 12. fol. 227. col. 3. Angel. verb. huius. numero 21. & ibi Tabiena 716. n. 17. Armill. verb. hereditas. numero 22. Roland. conf. 35. numero 18. vsque ad 25. delum. 3. Costa l. cum m. §. si arbitrat. tota ampliat. n. ff. de condit. & demonstrat. Euerard. loco ad matrimonio carnali ad spirituale. numero 9. Simon de Prexis de interpret. vltim. volunt. libro 2. inter. 2. dub. 2. solutione 2. numero 192. & 193. à Monte Sperello. conf. 17. numero 2. vsque ad 5. volum. 1. Bursat. aliquantulum dubitans. conf. 12. numero 47. fin. lib. 1. Anguissol.******

Anguissol. *conf. 63. numero 11. & 13. vol. 1.* Auendaño in iur. l. 20. *Tutori. gloss. 4. mon. 28. & 29.* Andr. Fachin. in *conuers. iuris. lib. 4. tit. c. 56. Gamma de off. 315. numero 2.* Ioan. Anchar. *in suis questio. familiar. lib. 2. q. 20. numero 6. & 8. Manuel qq. regular. tom. 2. q. 12. art. 1. ver. nec dicendum est. & in solut. ad 3. Emmanuel Sa. *sum. verb. religio. numero 37.* Et hanc sententiam esse verissimam, sequendo decisionem textu d. c. in praesentia. & d. §. sed & hoc presens. tenet Sarmiento lib. 8. *flellat. super §. si, cui in tepu. num. 2.* Quam sententiam ampliat Costa *ca. ampliat. 11. numero 3.* cum Decio rubr. C. de secund. nupt. numero 5. & Ripa l. 1. numero 61. *ff. solut. matrim. contra Angulum conf. 80. ad fin.* habere verum, siue ea conditio a religione auertens apponatur virgini, siue vidua. Quamuis enim conditio auertens a matrimonio carnali in sola virgine reiciatur: secus de auertente a matrimonio spirituali; quippe eade est ratio in virgine, & in vidua. Rursus limitant hanc sententiam alii ex praedictis, vt intelligatur quando conditio auerit omnino a religione: vt si sit generalis, si ingrediatis religionem; secus si non omnino, vt si particularis monasterij ingressus interdicatur: secus de auertente a matrimonio spirituali; quippe eade est ratio in virgine, & in vidua. Rursus limitant hanc sententiam alii ex praedictis, vt intelligatur quando conditio auerit omnino a religione: vt si sit generalis, si ingrediatis religionem; secus si non omnino, vt si particularis monasterij ingressus interdicatur: quippe cum sint alia monasteria, quorum ingressus permittitur, non est cur ea conditio reiciatur. Sic Barth. Socinas *no. conf. 92. numero 3.* Decius d. c. in praesentia. in noua edit. numero 198. & ibi Felin. numero 37. Ferret. numero 90. Costa *ca. ampliat. 11. numero 4.* Anchar. *ca. 9. 20. fin.* arq. retenta hac sententia, sic dicitur eam limitandam Peregrin. *de fideicommissi. art. 28. numero 71. & Tapia d. auth. ingressi. verb. sua. c. 13. numero 24.* Quam limitationem sublimitant Felin. & Costa ibidem, quando in eo oppositum sunt alia monasteria, in quae ille commodè recipi possit. Sed praedictam limitationem dicit non carere dubio Mant. d. cap. in praesentia. numero 53. quod apparet etiam conditio turpis, & odiosa, vt potest quae vnam religionem alteri praefert: & ideo numero 54. relinquunt cogitandum dicens, interim a praedicta limitatione communitate approbata non recedendum.*

Sed multo verius existimo eam conditionem valere, ac proinde nullatenus per monasterium excludi substitutum, quando constare de expressa contraria testatoris voluntate, aut ex certissimis coniecturis deducta. Ducor primo, quippe religionem capessens, paupertatemque promissurus, parum sollicitus erit de bonis temporalibus monasterio acquirendis, vt timore illa perdendi retrahendus sit a religionis ingressu. Immo (vt egregie ait Couar. *cap. quantum pactum. §. p. §. 1. nam. 4. vers. 3. ratio.*) temerarium iudicium esset opinari fore, vt ille a religionis ingressu auerteretur, ne monasterium bonis priuaretur, quorum relinquendorum causa religionem ingreditur, alioquin eadem causa ad religionem mouens, auerteret ab ea. Ergo non est, cur ea conditio, tanquam turpis, & auertens a religionis ingressu reiciatur. Et confirmatur, quia cum etiam in hoc euentu, quo excluditur monasterium, & succedit substitutus, monasterium debeat illa bona habere toto vitae monachi tempore, iuxta dicta *num. 10. ac solum post eius mortem illis priuandum fit, minime praesumendum est, quaequam tam leui, & facili ratione auertendum a religionis ingressu cundò, quia quando causa pia substituitur, excluditur a monasterio, vt dicemus infra; & tamen si conditio esset turpis, & iniqua, auertensque a religione, non admitteretur etiam causa pia, sed esset quae excludenda. Tertium, quia si ea conditio reuocetur, & pro non scripta haberetur, & substitutio esset pura. At quando substitutio est pura, quantumcumque grauatus proficatur in religione, non succedet religio in ea bona in perpetuum, sed duntaxat tempore vite grauati, & post eius mortem succedet in ea substitutus. Ergo vel dicendum est, monasterium non successurum perpetuo in bona grauari sub condicione, si liberus habuerit, sed sola monachi vita, contra decisionem eorum extitum; vel dicendum est, eam conditionem non ha-*

beri pro non scripta. Quarto, quia decisio eorum textu inuaditur praesumpta testatoris voluntas, vt probauimus num. 8. ergo ei non est locus, quoties de contraria testatoris voluntate constat. Tandem hoc probatur diluendo argumenta contrariae sententiae, & relatum praeced. ac ostendendo ea esse inefficacia ad probandum intentum. Nam ad primum responderetur, factis probatum esse in tertia ratione, non esse mentem eius textu, vt ea conditio sit inuadida, & quasi non scripta, eo quod turpis sit; sed censetur inuadida & inefficax, & quasi non scripta, ex sola praesumpta testatoris voluntate: praesumitur enim fore, vt eam conditionem non apponeret, si professi memor esset. Ad confirmationem dic, non esse idem de conditione, si non nupserit, & de conditione, si non ingressus fuerit religionem. Et ratio est, quia Iurisconsulti conditionem, si non nupserit, a legato reiecerunt, ob Reipublicae fauorem circa liberorum procreationem; qui quidem fauor non tribuitur in iure professioni religionis, quamuis matrimonio perfectior sit, at non est melior in ordine ad civile multiplicationis Reipub. bonum, & ita non sic reicitur conditio, si religionem non ingrediatur, ac reicitur, si non nupserit; quippe haec, etsi religioni refragetur, fauet tamen matrimonio, & liberorum procreationi. Insuper priuatio illius legati auertit a matrimonio carnali, cum tamē (vt in prima ratione probauimus) non praesumatur fore, vt a professione religionis auertat. Ad secundum responderetur, tunc valere argumentum, quando vtriusque eadem est ratio, quod hic non contingit: quippe statutum non valet defectu potestatis in fluentibus; nec enim in monasterij praedictum integrum est laicis statuere. c. *Eccles. de constit. At testator libera de rebus suis disponendi facultate potitur. l. 1. C. de sacrosanctis Ecclesijs. Ad tertium, neganda est ea doctrina, sed ille religionem ingrediens sola quingenta consequetur, vt probauit lib. 1. de matrimonio. *disp. 4. n. 13.* Ad vltimum dico, fauori publico inducto ex sola iuris dispositione, independentēque a voluntate disponentis, non posse a disponente derogari: secus quando is fauor ex sola praesumpta disponentis voluntate inductus est, vt contingit in hoc euentu. Et ideo hanc sententiam tueri Bald. l. final. in princip. n. 1. & 2. C. de Episcop. & cleric. & ibi Paul. numero 5. & *auth. nisi rogati. n. 3. & num. 16. C. ad Trebell. Idem Bald. conf. 196. numero 1. lib. 1. & conf. 407. numero 13. vol. 1. Alex. conf. 121. numero 13. lib. 7. Dec. conf. 426. numero 2. & 3. & conf. 419. à n. 4. vsque ad 7. vol. 3. & conf. 123. vsque ad 1. vol. 2. & c. in praesentia. in noua edit. numero 229. vsque ad 234. de probat. & eius Additionator n. 195. Angel. conf. 50. numero 2. Aymon conf. 41. n. 1. vol. 1. Ripa *lex facta. §. si quis rogat. in el. 1. n. 39. ff. ad Trebell. Alciat. conf. 11. n. 3. lib. 9. & l. galli. §. & quod si tantum. in lectur. n. 7. ff. de liber. & posth. & ibi Galiaul. n. 18. Beronius conf. 27. n. vlt. vol. 1. & in suis. qq. 34. n. 1. Sapia addit. ad Abbatem d. c. in praesentia. n. 40. conf. circa istum casum. Alcanius Clemens de patria potestate. 6. vlt. n. 72. (habetur *romo 8. rra. p. 1.*) Ioan. Dilc. de ar. re. *tan. tit. 5. cauet. 18. n. 1.* (habetur *rom. eodem. p. 1.*) Costa *cap. si pater. 1. p. vers. si absque liberis. numero 68. de iust. in 1. 6.* Couar. 1. *variari. cap. 19. numero 10. Molin. lib. 2. de primogen. cap. 12. numero 14.* Mantica de conuictu. vlt. volum. lib. 1. in 1. 7. numero 4. §. 18. & in 18. n. 31. Menoch. latissime de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 83. à n. 2. vsque ad 26. Meves de maior. tradit. in 1. edit. 2. part. 9. numero 3. 4. & 22. Medicus tradit. *omnia solut. 3. p. n. 49.* Villalobos in suis commun. littera M. verb. monasterium. numero 196. Riminald. iunior. conf. 270. à numero 13. vol. 3. Cauallan. *decis. 1. numero 49. 38. & 39. p. 3.* Sfort. *Oddo tradit. de compendiosa substit. p. 6. quest. 2. art. 6.* dubio 2. numero 24. & conf. 19. numero 22. volum. 1. Vincent de Franchis *decis. Neapol. 19. numero 7. pari. 4.* dicens sic sacrum Concilium res late vtrique disputata decidisse, decisio Pedemont. Octauiani 126. n. 24. Peregrin. *de fideicommissi. art. 28. n. 78.* Betengar. l. vlt. n. 8. fin. c. de posth. & in c. vnic. de filiis nati ex matrimonio ad Morganan. in praesentia.***

Ad vltimum dico, Collegia Societatis Iess esse capacia succedendi, non quidem ab intestato, sed ex testamento, aut renunciatione suorum religionis. Et ita cum frater Michael de Hugaria religiosus Societatis Iess, obiit in illa post fola biennij vota, renunciaſſetque omnibus bonis in Collegia Complutenſe, & Pampelonſe, lis mora est super quibusdā bonis, in quibus dictus frater institutus erat cum grauamine, vt abſque liberis decedens, reſtitueret curā ſuæ amite, & duplici ſentētia Conſilij Nauarre obrētum, deciſionem d.c. in preſentia, habere locum in hoc caſu: & ita Collegia retinere ſibi ea bona reſtitutioni ſubiecta. Atque idē credo, ſi domū profeſſam Societatis Iess inſtituiſſet heredē, aut in favore eius prædictā generalē renunciationē feciſſet: quia poteſt domus profeſſa inſtitui quoque heres à ſuis religioſis, vel à quocumque alio, vt dicemus; quod cum ſecus ſit in fratribus Minoribus, non procedet in illis, ſed à tēpore profeſſionis admittitur ſubſtitutus, vt diximus n. 13. Et quāuis poſtea religioſus hic, ſiue poſt ſola biennij vota, ſiue poſt profeſſionē expellatur Societate, nō recuperabit ipſe, nec ſubſtitutus huiusmodi bona, ſicut nec cætera quibus renunciat, non recuperaturū diximus ſuprà: quia per ea vota ſimul eū renunciatione habetur pro non ſcripta ea conditio; & cum renunciatio ſit abſoluta, non pendet à futuro euenru.

23 Sed quid ſi eſt conſuetudo, vt eſt apud Neapolitanos, vt ſi vir præmoritur vxori habet filios, vxor lucretur antea factū quoad ſolum vſum fructū, ſi verò filij præmoriuntur matri, lucretur quoad proprietatem, an ſi filius ſuperſtes erat profeſſus in monaſterio ſucceſſionis capacis, & obiit ante mortē, lucretur mater proprietatē prædictā, tanquam ſuperſtes omnibus filiis præmoriis, an potiùs monaſterium, tanquā reputatū quali filius Vincētiæ de Franchis dec. 1024 469. tē vrinque diſputat, diciturque pro monaſterio facere, id haberi loco filij, prout ſenſere DD. allegati n. 3. pro matre, eā non haberi loco filij, vt diximus n. 4. & vt diximus n. 5. eſto haberetur, id eōingit in ſolis caſibus iure expreſſis, nēpe, vt excludat ſubſtitutū. Cum ergo hic caſus nō ſit iure expreſſus, nō cenſebitur monaſterium loco filij, vt mater dicatur mori ſuperſte filio, vt vel ſic proprietate illa priuaretur; & cōcludit cauſa nō eſſe in Senatu deciſa. Sed exiſtimo matrem illā ſucceſſurā in eā proprietatē, tum ob rationē prædictā, tum etiā, quia monaſterium in ſolū illius filij profeſſus ſucceſſit. Cum ergo ille nō haberet ius ad eā proprietatē, niſi ſuperuicte matri, ita nec monaſterium, & ſic eo præmoriū proprietatis illa nō monaſterij, ſed matris erit.

24 Secūdo limitatur ſententia, vt ſubſtitutus excludatur per profeſſionem in monaſterio ſuccedendi capaci, vt intelligatur, quando monaſterium vult ſuccedere in ea profeſſi bona: ſecus ſi repudiat. Quippe duo requiritur, vt monaſterium acquirat: alterū, vt grauatus proſteatur; alterū verò, vt bona trāſferantur in monaſterium: quippe ius repudiandi, nec haberet vt filius, nec vt heres. Atque ita docent Bald. c. in preſentia. n. 13. de probat. & ibi Felin. n. 50. Barth. Socinus Lenin auus. n. 10 4 ff. de codit. & demonſtr. idem Socinus conſ. 2. n. 3. in ſi. vol. 1. Alex. conſ. 13. n. 4. vol. 1. Decius conſ. 259. n. 7. vol. 2. & conſ. 419. n. 2. vol. 2. Mantica d. tit. 7. n. 10. Menochius d. præſumpt. 83. n. 72. Tapia aub. ingreſſi. verb. ſua. c. 13. n. 48. C. de ſic. offic. Ecclēſ. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 28. num. 64. Pancirol. conſ. 14. n. 4. lib. 1. Surd. conſ. 238. n. 3. tom. 2. Caualean. deciſ. 1. n. 4. p. 3. Sed ſfortias Oddo de compendioſ. ſubſtit. p. 6. g. 2. art. 6. dub. 2. n. 10. ait, tunc bona ad ſubſtitutum non deuolui, atque nullā proſus rationē adducit: ſed forte fundamentū eius eſt, quia eo ipſo quod grauatus profeſſionē in monaſterio capaci emiſit, ea bona acquiſita ſunt monaſterio, & ſuſtituto penitus expirauit. Ergo ex ſubſequenti monaſterij repudiatione id ſubſtituto ius caſu non recuperatur, nec reuiſitur. Ac poteſt reſponſa, attingere in horum bonorum acquiſitione, quod con. in legato determinatæ rei conſiſtentis

in ſpecie. Sicut enim dominium huius acquiritur legato adita per heredem hereditate, & ſiſtione iuris retrotrahitur ad diem mortis teſtatoris, ita vt ab illa cenſeatur acquiſitū, reuocabiliter tamen, & dependenter à legatarij acceptance, & facta repudiatione antequā id acceptet, cenſetur, ac ſi penitus non acquiſierit, vt optime explicat cum aliis Molina tom. 1. de iuſt. diſput. 18. r. ſtaim in princip. atque proinde legatario repudiare ſuccederet hæres inſtitutus à teſtatore. Sic dicendum eſt, id fideicommiſſum acquiri ſtatim monaſterio à tēpore profeſſionis grauati, & deperdi ius ſubſtituti, ſed reuocabiliter, & dependenter à monaſterij acceptance; quare illo repudiare admittitur ſubſtitutus. Quod ſi obicit, per monaſterium excludi ſubſtitutum, quali deſiciente conditione, ac ſi eſſent liberi: ſed liberis extantibus, quantumuis repudiet, excludi ſubſtitutum; negandum eſt ſe excludi à monaſterio ſubſtitutum, vt diximus num. 8. ſine.

25 Sed dubitatur, à quo tempore admittatur hic ſubſtitutus. Pancirol. allegatus n. præced. cenſet factā repudiatione admitti ſtatim ſubſtitutum minime expectata naturali ſeculi morte: quod eius admiſſio niſi aliud obſtaret, niſi acceptatio monaſterij; ergo hoc non acceptante, admittitur ſtatim. R. uſus, quia tūc ſuccedit ſubſtitutus in omne monaſterij ius, cum prelatuſ ſit à teſtatore ſuis heredibus, & ſoli monaſterio, & illis veris poſtuloſis, vt dicebamus n. 16. ergo nec monaſterio ſuccedere, nec exiſtere filiis, admittitur ſtatim ſubſtitutus, excludiſ aliis profeſſi illius heredibus. Sed Peregrin. n. præced. relatus ait ſe valde dubitare de huius ſentētie veritate; quia data monaſterij capacitate, eo profeſſio nō æquiualeat morti naturali, poſt quā ſolū vocatus eſt ſubſtitutus, & prelatuſ aliis heredibus grauati, præter filios. Quare cōcludit, quā grauatus ille viuuit, ſucceſſores heredes illius in ea bona, ſicut in reliqua ſuccedunt. Et hæc ſententia eſt verior. Et ad primum contrariū argumentū dico, admiſſio ſubſtituti, hoc eſt, ne in perpetuū expelleretur, obſtare ſolā monaſterij acceptance, & ita eo nō acceptante minime excludi in perpetuū ſubſtitutum: ac ne admittatur ſtatim, obſtare vltimū illius grauati, poſtquam vocatus eſt; & ideo eo viuente non admittitur, quantumcumque monaſterium repudiet. Ad ſecundum conſtat ex dictis.

26 Tertio limitatur, vt excludatur à monaſterio ſubſtitutus, quando ingreſſus in illud habuit effectum: ſecus ſi illo caruit, quia nimirum ingreſſus exiit, aut obiit tempore nouitiatus, quia per ſolam profeſſionem efficitur monaſterium hæres bonorum monachi. Ergo illa non ſequuta, caret iure excludendi ſubſtituti. Item, quia ſed & hoc præſentia, aub. de ſanctiſſ. Episcop. loquitur de ingredientibus religionem. At verba in omni materia intelliguntur cum effectū. l. 3. hæc verbi ſſ. quod quis iur. atque ita tradunt Gloſſa final. cap. in preſentia de probat. & ibi Abb. antiquiſſ. Ioann. Andre. num. 36. Anton num. 61. Cardin. n. vnic. col. 1. alter Abb. num. 44. Bald. num. 15. Dec. in noua eſt. num. 200. Paris. num. 18. Ferret. num. 93. g. 9. Barbat. num. 118. Felin. numero 32. Henric. num. 20. Bellamer. n. 40. Mant. num. 46. Salyc. aub. niſi rogati. num. 5. C. ad Trebell. & Faber n. vnic. Roſell. verb. legare. n. 26. Mantica d. tit. 7. n. 7. Menoch. d. præſum. 83. num. 73. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 28. num. 60. Sfort. Oddo de compendioſ. ſubſtit. p. 6. g. 2. art. 2. num. 9. Tapia aub. ingreſſi. verb. ſua. cap. 13. num. 43. quod bene intelligit ibi Sfort. Oddo cum Bald. eo cap. in preſentia. num. 17. niſi nouitiuſ hic egrediens tranſiret ad aliam religionem ſuccedendi capacem, & in ea profiteretur. Tunc enim, eſt prior religio non excluderet ſubſtitutum, excluderet tamen illum poſterior, vt ex ſe ſatis conſtat. Similiter non excludetur ſubſtitutus, ſi ille profeſſus eſt, at profeſſio fuit irrita; quia tunc non verè habuit effectum ingreſſus. Sic Gloſſa final. Abb. Barbat. Tap. ibid. Armilla verb. hereditas. num. 20. Secus quando

quando profeſſio tenuit: at profeſſus ille fuit apoſtata; quia eius apoſtata nocere religioni nequit. Sic Baldus eo c. in preſentia. num. 15. Sfort. Oddo eodem num. 9. Tapia n. 44. quando autem licitè tranſiret ad aliam religionem excludi ad huc ſubſtituto, prior religio retinebit id fideicommiſſum in perpetuum, quia non tranſfert bona legitime acquiſita priori monaſterio, aut alteri, vt dicemus infra. Quare ſi prior eſſet religio Minorum, & ideo per profeſſionem acquiſita iam eſſent illa bona ſubſtituto, vt diximus numero 16. quamuis tranſeat licitè ad religionem capacem, hæc non acquirit bona iam acquiſita illi ſubſtituto, vt dicemus infra.

27 Quare nec minus excludetur ſubſtitutus, ſi ille non ingreditur religionem, vt religioſus efficitur, ſed gratia penitentia agendæ, cum hic non verè dicatur religionem ingreſſus. Atque ita docent Bald. aub. ſed hodie. n. 3. C. ad l. l. de adulter. Sfort. Oddo de compendioſ. ſubſtit. p. 6. quaſt. 2. art. 6. dub. 2. n. 11. Menoch. d. præſumpt. 83. numero vlt. verſ. deſclaratio 8.

28 Atque eadem ratione non euaneſcet ſubſtitutio, ſi hic ſolum efficitur oblatio, ſe & ſua tradens Eccleſiæ ſeculari, cum adhuc non ſit verus religioſus. Sic Gloſſ. ſin. c. in preſentia. de probat. & ibi Anton. num. 61. ſine. Abb. num. 46. Anchar. num. 29. Henr. num. 28. Bellamer. ſin. Berol. num. 501. Mant. numera 59. Corne. authentic. niſi rogati. num. 12. C. ad Trebell. Angel. verb. heres. n. 16. & ibi Tabien. g. 12. num. 13. Armill. verb. hereditas. n. 20. ſin. Quare non credo, quod allegati Baldo, & Puteo tradit Menoch. d. præſumpt. 83. num. 69. nempe excludendum ſubſtitutum, ſi grauatus ille fe obulerit Episcop. ſeruatoris regulam monaſticam, eo quod in nullo monaſterium admittatur, quod oblatio illa ſit loco monaſterij. Cæterum hoc non credo, quia cum diſpoſitio hæc ſit à iure exorbitans, vt dicemus ſuprà. & de religioſo loquitur, non eſt extendenda ad hunc qui verus religioſus non eſt, vt pote qui in nulla religione à Sede Apoſtolica approbata ſe votis aſtrinxit.

29 Multo quoque minus euaneſcet, ſi grauatus ille monaſterium non ingrediens illud heredem inſtituat; & huius rationem deſumptam ex Gloſſ. d. c. in preſentia. ſin. reddunt authores allegandi, quia hoc ius tanquam exorbitans ab ordinarijs iuris regulis, eſt ſtrictè iuxta terminos, in quibus loquitur, intelligendum: nam procedit ex fauorabili quadam interpretatione contra propriam verborum ſignificationem: improprietates autem ſunt reſtringendæ, nec trahendæ ad conſequentias. l. quod vero contra. ff. de legibus. l. 1. C. de dot. promiſſ. atque ita docent Gloſſ. aub. niſi rogati. verb. locum. C. ad Trebell. & ibi Cyn. ſin. Odofredus ſin. Bart. ſin. Iacob. Butrigar. g. vlt. Petrus de Bellapert. ſine. Albericus ſin. Faber num. vnic. Corne. ſine. Salycetus n. 8. Archidia. c. ſi qua mulier. 19. g. 3. num. 2. Anton. d. c. in preſentia. num. 37. & 62. & ibi Bald. numero 30. Anchar. num. 28. Abb. num. 41. Barbat. num. 103. Decius in noua editio. num. 39. Ferret. num. 88. Felin. numero 33. Berouius num. 497. Barthol. Socin. conſ. 92. num. 33. vol. 1. Angel. verb. heres. num. 19. & ibi Tabien. g. 14. num. 15. Sylueſter verb. hereditas. 1. g. 7. num. 10. dicto 5. Armill. verb. hereditas. num. 2. Sfort. Oddo conſ. 19. num. 24. lib. 1. Peregrin. de ſid. niſi. art. 28. num. 61. Caualean. deciſ. 1. num. 41. & 42. pia d. aub. ingreſſi. verb. ſua. c. 13. num. 41. & 42. ce audiendi non ſunt quidam cōtrarij dicentes, eſt ex d. c. in preſentia, quatenus air non dici abſque ære decedere, quia monaſterium heredem inſtituit: ac proinde deciſio illius textus non ſolum habere locum videtur, quando quis monaſterium ingreditur, ſed etiam quando illud heredem inſtituit. Item, quia fauor religionis, quo ductus legislator interpretatus eſt non deſertit conditionem inſtituto religionem ingredienti, militat quoque in hoc caſu. Sic ſentire videtur Gloſſa in hoc caſu. l. ſi ſua quis. 31. §. ea lege. verb. interſet. ff. de verbor. obligat. & diſputando ait poſſe teneri Man-

tua d. c. in preſentia. num. 52. vbi in fine concludit id cogitandum eſſe, & interim à communi ſententia contraria non recedendum. Et hæc ſententiam dicunt equioſum, ac iuris Pontifici, profeſſoribus magis conſonam, Hoſtienſis d. c. in preſentia. numero 19. & ibi Ioan. Andr. num. 34. Henric. num. 27. Bellamer. num. vlt. Sed contrarium adducta. Non primum, quia, obſtant in condeatur generalis, at reuera grauatus ille in motio vi-profeſſus fuerat, & ideo ratio illa debet reſtringi à terminoſ facti, de quo ibi tractatur. Nec etiam obſtat ſecundum, quia non militat idem fauor, quando quis ſola ſua tradit monaſterio, illud heredem inſtituens, ac quando quæ ſe cum omnibus ſuis in perpetuum religioni dicat.

30 Nec etiam euaneſcet, ſi ille ingreditur religionem ſecularem, cum adhuc non ſit religioſus. Atque ita docent Gloſſ. d. aub. niſi rogati. verb. locum, & ibi Odofred. num. 4. Iacob. Butrigar. g. penult. Bartol. ſin. Bald. num. 11. ſin. Faber num. vnic. Salycet. num. 4. ſine. Corne. num. 12. Fulgoſ. num. 4. Limitat Bald. niſi illi bona ſua dedicaret illi capelle, vel omnia ea, aut ſalem hereditatem illam, in qua grauatus eſt, diſtribueret in pia opera; quod conſonat dicendis infra, & iuxta illa eſt intelligendum.

31 Sed difficultas ſpecialis eſt, an ſi ille grauatus ſit clericus Eccleſiæ ſecularis, euaneſcat ea ſubſtitutio? Quidam ſentunt non euaneſcere ſubſtitutionem. Ducuntur, quod non ſit idem fauor clericorum, ac religionis: & tex. ſed & hoc præſentia. aub. de ſanctiſſ. Episcop. loquens de religioſis, tanquam exorbitans non eſt extendendum ad clericos ſeculares. Quare ſententia hæc ſic explicat illum textum dum ait, ſiue monaſteria ingrediantur, ſiue clerici ſiant, vt illa diſiunctio intelligatur, ſiue ſiant religioſi clerici, ſiue religioſi laici. Et ideo hanc partem tueritur Gloſſa aub. ſi qua mulier. verb. liberor. C. de ſacroſ. Ecclēſ. Anton. c. in preſentia. num. 61. de probat. & ibi Abb. num. 43. Ferret. num. 92. Mant. num. 51. Corne. aub. niſi rogati. num. 12. C. ad Trebell. & ibi Salycet. num. 4. ſin. Roſell. ſum. verb. legare. numero 25. Sfort. Oddo conſ. 19. num. vlt. lib. 2.

32 Verum oppoſita ſententia eſt frequentiſſima, & tenenda, nempe, euaneſcere tunc ſubſtitutionem, concurrentibus conditionibus mox explicandis. Probatur ex d. §. ſed & hoc præſentia. ibi, ſiue maſculi, ſiue femina monaſteria ingrediantur, aut clerici, aut diaconiſſa, aut aſceteria ſiant: quia diaconiſſa nō in monaſterio, ſed in Eccleſia miniſtrabat altari, vt notat Gloſſ. §. quanta igitur. verb. diaconiſſa. aub. quomod. oport. Episcop. Item, quia textus ille ait & hoc autem ſolatio clericis, & diaconiſſa fruuntur, id eſt, fruuntur, nempe, vt conditio, ſi abſque liberis deceſſerint, habeatur pro non adiecta, petinde ac ſi religionem ingrederentur. Tandem, quia tex. ille ſubiungit, his bonis clericos, dum vixerint, potiorius, etiam ipſiſ defunctis expendenda in opera pia. Quod verum eſſe nequit, ſi de clericis regularibus loqueretur, cum per profeſſionem euaneſcat in perpetuum ſubſtitutio, nec bona illa ſint expendenda in opera pia, ſed ad monaſterium pertinere. Et ideo hanc partem tueritur Gloſſ. eo §. ſed & hoc præſentia. verb. clericis, & aub. niſi rogati. verb. locum. C. ad Trebell. & d. c. in preſentia. ſin. vbi Innocent. num. 8. Hoſtienſis num. 19. Imol. num. 18. Felin. num. 31. Bellamer. num. 31. Decius in noua editio. num. 200. Paris. num. 117. Berouius n. 498. Speculat. tit. de ſtatu monach. §. vlt. g. 15. num. 20. Cynus d. aub. niſi rogati. num. 2. g. 2. Albericus num. 2. Angel. ſum. verb. heres. numero 15. & ibi Tabien. g. 11. num. 12. Armill. verb. hereditas. num. 20. ſin. Mantica. alios referens d. tit. 7. n. 22. Simon de Præſ. de interpret. 2. volum. lib. 2. in interp. 2. dub. 2. ſolut. 2. num. 109. Ioan. Diſlect. de arte ſtand. tit. 5. cauel. 18. num. 5. Sfort. Oddo de compendioſ. ſubſtit. p. 6. g. 2. art. 6. dub. 2. num. 19. alcan. deciſ. 1. num. 33. p. 3. Menoch. d. præſumpt. 83. num. 65. ofque